

M. MANILII ASSTRONOMI  
CON. PRIMVS.



Armine diuinis artis & con  
ficia fati  
Sidera diuersos hominum ua  
riantia casus  
Celestis rationis opus dedu  
cere mundo

Aggregdior. primus q̄ nouis helicona mouere  
Cantibus: & uiridi nutantis uertice siluas  
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.  
Nunc mibi tu cesar patrie princeps q̄ pater q̄:  
Qui regis augustis parentem legibus orbem  
Concessum q̄ patri mundum deus ipse mereris  
Das animum uires q̄ facis ad tanta canenda.  
Iam proprius q̄ fauet mundus scrutatib⁹ ipsu⁹  
Et cupit ethereos per carmina padere sensus.  
Hoc sub pace uacat tantum: iuuat ire per ipsu⁹  
Aera & immenso spaciante uiuere celo:  
Signa q̄ & aduersos stellarum noscere cursus.  
Quod solum nouisse parum est. impensis ipsa  
Scire iuuat magni penitus precordia mundi.  
Que q̄ regat generet q̄ suis animalia signis  
Cernere: z innumerū phebo modulatē rferre.  
Bina mibi positis lucent altaria flammis:  
Ad duo templa precor duplīci circundat⁹ estu

Carminis & rerum : certa cum lege canentem  
Mundus & immenso uatez circum strepit crbe .  
Vix q̄ soluta suis immittit uerba figuris .  
Quem primuz interius licuit cognoscere terris  
Munera celestum : quis enim cōdentibus illis  
Cleplisset furto mundum quo euncta regur ē :  
Quis foret humano conatus pectore tantum  
Inuitis ut diis cuperet deus ipse uideri :  
Tu princeps auctor q̄ sacri cyllenie tanti .  
Per te iam celum interius : iam sydera nota  
Sublimis aperire vias : unum q̄ sub orbem  
Et per mane suis parentia finibus astra  
Nomina q̄ & cursus signorum pandere uires .  
Maior uti facies mundi foret & ueneranda  
Non species tantum sed & ipsa potentia rerum  
Sentirent q̄ deum gentes q̄ maximus esset  
Nature q̄ dedit uires : se q̄ ipsa reclusit  
Regalis animos primum dignata monere  
Proxima tangentes rerum fastigia celo :  
Qui domuere feras gentis oriente sub ipso  
Quas ferat Eufratē in quas & nilus inundat :  
Qua mundus redit & nigras super euolat urbē  
Tum qui templa sacris coluerunt omne p̄ euuz  
Delecti q̄ sacerdotes in publica uota  
Officio iunxere deum : quibus ipsa potentis  
Numinis accendit castam presentia mentem :  
In q̄ deum deus ipse tulit patuit q̄ ministris .  
Hi tantum mouere decus : primi q̄ fer artem

S yderibus uidere uagis pendēcia fata .  
S ingula nam p̄prio signarunt tempora casu .  
L onga per assiduas complexi secula curas .  
Nascendi que cuiq̄ dies : que uita fuisset :  
I n quas fortune leges queq̄ hora ualeret  
Quanta q̄ q̄ parui facerent discrimina motus .  
Postq̄ omnis celi species redeuntibus astris  
P ercepta in p̄prias sedes & redditā certis  
F atorum ordinibus sua cuiq̄ potēcia forme  
P er uarios usus artem experientia fecit  
E xemplio monstrante uiam , speculata q̄ longe  
Deprendit tacitis dominantia legib⁹ astra .  
E t totum alterna mundum ratione moueri  
F atorum q̄ uices certis discernere signis .  
Nam rudis ante illos nullo discrimine uita  
I n speciem conuersa operum ratione carebat :  
E t stupefacta nouo pendebat lumine mundi .  
T um uelut amissis merens tum leta renatis  
S yderibus : uarios q̄ dies incerta q̄ noctis  
T empora . nec similis umbras iam sole regresso  
I am propiore suis poterant discernere causis .  
N ec dum & iam doctas solertia fecerat artes :  
T rra q̄ sub rudibus cessabat uasta colonis .  
T unc q̄ in desertis habitabat montibus aurūz  
I mmotus q̄ nouos pontus subduxerat orbis .  
Nec uitam pelago nec uentis credere uota  
Audebant , sed quisq̄ satis fauisse putabat .  
S ed cum longa dies acuit mortalia corda

Et labor ingenium miseris dedit: & sua quenq;  
A duigilare sibi iussit fortuna premendo:  
S educta in uarias certarunt pectora curas.  
Et quecūq; sagax tentando repperit usus  
In cōmune bonum cōmentis leta dedere.  
Tunc & lingua suas accepit barbara leges  
Et forā diuersis exercita frugibus arua:  
Et uagus in cecum penetrauit nauita pontum.  
Fecit & ignotis itiner cōmertia terris.  
Tum belli pacis q; artes commenta uetus tas.  
Semper enim ex aliis alias prosemnat usus.  
Nec uulgata canam. linguas didicere uolucuz  
Consultare fibras: & rūpere uocibus anguis:  
Solicitare umbras: imuz q; Acherōta mouere:  
In noctem q; dies: in lucem uertere noctes.  
Omnia conando talis solertia uicit.  
Nec prius imposuit rebus finem q; manumq;  
Quā celum ascendit ratio: cepit q; p̄fundis  
Naturaz rerum causis: uidit q; quod usquā est  
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore:  
Hiberna estiuā nix grandine mollior esset:  
Arderent terre: solidus q; tremisceret orbis:  
Cur imbres ruerent: uentos q; causa moueret  
Peruidit, soluit q; animis miracula rerum:  
Eripuit q; Ioui fulmen uires q; tonantis:  
Et sonitum uentis: concessit nubibus ignem.  
Que postq; in p̄prias deduxit singula causas  
Vicinam ex alto mundi cognoscere molem.

I ntendit: totum q̄ animo cōprendere celum.  
Attribuit q̄ suas formas sua nomina signis  
Quas q̄ uices agerent certa sub forte notauit.  
O mnia q̄ ad numen mundi faciem q̄ moueri  
Syderibus uariis mutantibus ordine fata.  
Hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum  
Carminibus: faueat magno fortuna labori.  
Annosa & molli contingat uita senecta.  
Vt possim rerum tantas emergere moles  
Magna q̄ cum suis simili percurrere cura

**D**e origine mundi.

**E**t quoniā celo carmē descendit ab alto  
Et uenit in terras fatorūz cōditus ordo:  
I p̄la mihi primum nature forma canenda est.  
P onendus q̄ sua totus sub imagine mundus.  
Quē siue ex nullis repetentem semina rebus  
Natali quoq̄ egere placet: semper q̄ fuisse  
Et fore principio pariter fato q̄ carentem.  
Seu pmixta chaos rerum primordia quondam  
Discernit partu: mundum q̄ enixa nitentem  
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras.  
Siue indiuiduis in idem redditura soluta  
Principiis natura manet post secula mille:  
Et pene ex nihilo summuz nihilum q̄ futurum  
Ceca q̄ materies celum perfecit & orbem.  
Siue ignis fabricauit opus flamme q̄ micantef  
Que mundi fecere oculos habitāt q̄ per omne  
Corpus: & in celo uibrantia fulmina singunt.

Seu liquor hoc peperit sū quo riget arida rerū  
Materies : ipsumq; uocat quo soluitur ignem.  
Aut neq; terra patrē nouit : nec flāma : nec aer  
Aut humor : faciūt q; deum p; quatuor artus  
Et mundi struxere globum : p;hibēt q; requiri  
Ulra se quicq; : cum p; se cuncta creantur .  
Frigida ne calidis desint aut humida siccis .  
Spiritus aut solidis : sit q; hec discordia cōcors  
Quaz uexus habilis & opus generabile fингit  
At q; omnis partus elemēta rapacia reddunt .  
Semp erit genus in pugna : dubiū q; manebit  
Quod latet, & tātum sup ē hominum q; deū q;  
Sed facies quecūq; tamen sub origine rerum  
Conuenit : & certo digestū est ordine corpus :  
Ignis in ethereas uolucr se sustulit auras  
Summa q; cōplexus stellatis culmina celi  
Flamarum uallo natura menia fecit .  
Proximus i tenuis descendit spiritus auras  
Aera q; extendit medium p; inania mundi .  
Ignem flatus alit uicinis subditus astris .  
Tertia fors nudas stravit flatus q; natantis  
A equora pfudit toto nascentia ponto  
Ut liquor exhalet tenuis : atq; euomat auras :  
Aera q; ex ipso ducentem semina pascat .  
Ultimū subsedit glo merato pondere tellus .  
Conuenit q; uagis limus p; mixtus harenis :  
Paulatim ad summum tenui fugiēte liquore .  
Quo q; magis puras humor successit in undas :

Et siccata magis strinxerunt equora terras :  
A diacuit q̄ causis fluuidum cū uallibus equori  
Emersere fretis montes : orbis q̄ per undas  
Exiuit uasto clausus tamē undiq̄ ponto .  
Ima q̄ de cunctis medium tenet undiq̄ sedem .  
Idcirco manet stabilis : quia totus ab illa  
Tantundem refugit mundus . fecit q̄ cadendo  
Vndiq̄ ne caderet , medium totius & imum est .  
Icta q̄ cōtractis consistunt corpora plagis :  
Et concurrendo phibent in longius ire .  
Et nisi librato penderet pondere tellus  
Non ageret cursus mūdi subeuntibus astris  
Phebus ad occasuz : & nunq̄ remearet ad ortu  
Luna ue submersos regeret p̄ inania cursus .  
Nec matutinis fulgeret lucifer horis  
Hesperos immenso dederat qui lumē olympos .  
Nunc quia non imo tellus delecta profundo  
Sed medio suspensa manet : sunt p̄uia cuncta  
Quo caderet subeat celum rursus q̄ resurgat ,  
Nam neq̄ fortuitos ortus surgentibus astris :  
Nec totiens possum nascentē credere mundum  
Solis ue assiduos partus & fata diurna :  
Quom facies eadem signis p̄ secula constet :  
Idem phebus eat celi de partibus usdem  
Luna q̄ p̄ totidem luce mutetur & orbes :  
Et natura uias seruet quas fecerat ipsa .  
Nec tirocinio peccet circum q̄ feratur  
A eterna cū luce dies . q̄ tempora monstrat

Nunc his nunc illis eadem regionibus orbis  
Semp & ulterius uadentibus ortus ad ortus  
Occasum ad obitus celum cum sole pennet.

Quare terra sit rotunda.

**E**c uero tibi natura admiranda uideri  
Pendentis terre debet : cū pendeat ipse  
**M**undus: & in nullo ponat uestigia fundo.  
Quod patet ex ipso motu cursu q̄ uolantis  
Quoz suspensus eat phebus: cursuz q̄ reflectat  
Huc illuc: agiles & seruet in ethere metas.  
Quom luna & stelle uolitent per inania mundi  
Terra quoq̄ aerias leges imitata pependit.  
Est igitur tellus mediam sortita cauernam  
Aeris: & toto pariter sublata profundo.  
Nec patulas distēta plagas: sed cōdita in orbē  
Vndi q̄ surgentem pariter pariter q̄ cadente  
Hec est nature facies. sic mundus & ipse  
In cōuexa uolans teretes facit esse figurā  
Stellarum solis q̄: orbem lune q̄ rotundum  
Aspicimus tumido querentis corpore lumen:  
Quod globus obliquos totus non accipit ignes  
Hec eterna manet diuis q̄ simillima forma:  
Cui neq̄ principium ē usquā nec finis in ipso.  
Sed similis toto remanet: per que omnia par ē  
Sic stellis glomerata manet mūduz q̄ figurāt.  
Idcirco terris non omnibus omnia signa  
Conspicim⁹. nusquā inuenies fulgere Canopū.  
Donec niliacas per pontum ueneris oras.

Sed querent Helicen quib⁹ ille supuenit ignis  
Quod laterū tract⁹ habitat: medii q⁹ tumores  
Eripiunt terre celum uisus q⁹ coercent  
Te testem dat luna sui glomerabilis orbis  
Que cu⁹ mersa nigris per noctē deficis umbris  
Non omnis pariter confundis sydere gentis.  
Sed prius eoe querunt tua lumina gentes.  
Post medio subiecta polo quecunq⁹ coluntur.  
Vltima ad hesperios infectis uolueris alis.  
Sera q⁹ in extremis quatuntur gentibus era.  
Quod si plana foret tellus semel icta p omnes  
Deficeret pariter toto miserabilis orbe.  
Sed quia per teretez deducta ē terra tumore:  
His modo post illis apparet Delia terris:  
Exoriens simul atq⁹ cadens quoz ferē in orbē  
Utrinq⁹ acclavis pariter declivia iungit  
Atq⁹ alios superat gyros alios q⁹ relinquit.  
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.  
Hanc circum uarie gentes hominū atq⁹ ferarū  
Aerie q⁹ colunt uolucres. Pars eius ad arctos  
Eminet: austrinis pars est habitabilis oris.  
Sub pedibus q⁹ iacet nostris: supra q⁹ uidetur  
Ipsa sibi fallente solo declivia longa:  
Et pariter surgente uia pariter q⁹ cadente.  
Hanc ubi ad occasus nostros sol alpicit ortus  
Ilic orta dies sopitas excitat urbis.  
Et cum luce refert operum uadimonia terris.  
Nos in nocte sun⁹ somnos q⁹ in membra locam⁹

Pontus utroscq; suis distinguit & alligat undis  
Hoc opus immensi cōstructum corpore mundi  
Membra q̄ nature diuersa condita forma  
Aeris atq; ignis terre pelagi q̄ iacentis  
Vis anime diuina regit, sacro q̄ meatu  
Conspirat deus & tacita ratione gubernat.  
Et multa in cunctas dispensat federa partis  
Alter ut alterius uires faciat q̄ feratq;  
Summa q̄ p̄ uarias maneat cognata figuræ.

De duodecim signis

**D**Unc tibi signorum lucētis undiq; flāmas  
Ordinibus certis referā. p̄muz q̄ canent  
Que media obliquuz precingunt ordine mūdū  
Solem q̄ alterius uicibus p tempora portant.  
Atq; alia aduerso luctantia sydera mundo  
Omnia que possis celo uariare sereno.  
Equibus & ratio fatorum ducitur omnis  
Vt sit idem mundi primū quod cōtinz arcez.

De Ariete

**A**vrato princeps aries in uellere fulgns  
Respicit admirās aduersū surgere taurū  
Summissō uultu geminos & fronte uocantem.  
Quos sequitur cancer: cācrū leo: virgo leonez  
A equato tum libra die cum tempore noctis  
Attrahit ardenti fulgentem scorpon astro.  
In cuius caudam contentum dirigit arcum  
Mixtus eqno: uolucrē missurus iamq; sagittā.  
Tum uenit angusto capricorn⁹ sydere flexus,

Post hunc inflexam diffundit acrius urnam  
Piscibus assuetas aude subeuntibus undas.  
Quos aries tangit claudentis ultima signa.  
Atqui fulgentis celum consurgit ad Arctos  
Omnia que summo despectant sidera celo.  
Nec norunt obitus, uno q̄b in uertice tantum  
In diuersa site celum q̄b et sidera torquent.  
Aera per gelidum tenuis deducitur axis  
Libratum q̄b regit diuerso cardine mundum.  
Sydereus circa medium quem uoluitur orbis  
Aethereos q̄b rotat cursus immotus, at ille  
In binas arctos magni per mania mundi  
Per q̄b ipsum terre directus conspicit orbem.  
Nec uero e solido stat robore corporis eius:  
Nec graue pōd⁹ hab̄z qđ on⁹ ferat ei heris alti  
Sed quom aer omnis semper uoluatur in orbez  
Quo q̄b semel cepit totus uolet undiq̄b in ipsum  
Quoddā q̄b in medio ē circa qđ cūcta mouentur  
V̄q̄b adeo tenue ut uerti non possit in ipsum:  
Nec iam inclinari: nec se conuertere in orbem.  
Hoc dixerē axe⁹ quia motum non habet ulluz.  
Ipse uidet circa uolitantia cuncta moueri.  
Summa tenent eius miseris notissima nautis  
Signa: per immensum cupidos ducentia pōtu⁹.  
Maiores q̄b Helice n̄ aior decircinat arcum.  
Septem illam stelle certantes lumine signant:  
Qua duce per fluctus graie dant uela carine.  
Angusto Cinosura breuis torquetur in orbe

Tam spacio q̄ luce minor, sed iudice uincit  
Maiorem tyro, penis hec certior auctor  
Non apparentem pelago querentibus orbem.  
Nec paribus posite sunt frōtibus, utraq̄ caudā  
Vergit in alterius rostro; sequitur q̄ sequēt̄.  
Has interfusus circum q̄ amplexus utranc̄  
Diuidit & cingit stellis ardentibus Anguis:  
Ne coeant abeant ue suis a sedibus unq̄.  
Hunc intermedium q̄ orbem quo sydera sept̄  
Per bis sena uolant contra nitentia signa  
Mixta ex diuersis cōsurgunt uiribus astra  
Hinc uicina poli celi q̄ hinc proxima flammis.  
Que quia dissimilis qua pugnat temperat aer  
Frugiferū sub se reddunt mortalibus orbez.  
Proxima frigentis arētos boream q̄ rigentez  
Nixa subit species genibus sibi cōscia cause.  
A tergo nitet Arctophilax idem q̄ Boetes:  
Quod simul is iunctis instat de more uiuencis:  
Arcturum q̄ rapit medio sub pectore secum.  
At parte ex alia claro uolat orbe Corona  
Luce micans uaria, nam stella uincit unā  
Circulus in medio radians: que proxia fronte  
Candida q̄ ardentī distinguit lumina flamma  
Gnoscia deserte fulgent monumenta puelle.  
Et lyra deductis per celum cornibus inter  
Sidera cōspicitur, qua quōdā ceperat Orphe⁹  
Omne quod attigerat cantu: manes q̄ per ipos  
Fecit iter: domuit q̄ infernas carmine leges.

Hinc celestis bonus similis q̄ potentia cause :  
Tunc silvas & saxa trabens nunc sydera ducit.  
Et rapit immensum mundi revolvibilis orbem.  
Serpentem magnis Op̄iūlūs nomine signis  
Dividit: & toto mergentem corpore corpus  
Explicat, & nodos sinuata q̄ terga per orbēs  
Respicit. ille tamen molli ceruice reflexus  
Emitet effusis per laxa uolumina pālmis.  
Semper erit paribus belluz quia uiribus equat  
Proxima sors Cycni quem celo Iupiter ipse  
Imposuit: forme precium qua cepit amantem  
Quom deus in niueum descēdit uersus olorem.  
Terga q̄ fidenti subiecit plurima Lede.  
Nunc quoq̄ deductas uolitat stellatus in alas.  
Hinc iinitata nitent cursu n habitum q̄ sagitte  
Sydera. Tum magni Louis ales fertur in altum  
A sueto uolitans gestet ceu fulmina mundi  
Digna Ioue & celo quod sacris instruit armis.  
Tuq̄ quoq̄ de ponto surgit Delphinus ad astra  
Oceani celi q̄ decus: per utrūq̄ sacratus.  
Quem rapido conatus equus cōprendere cursu  
Festinat: pectus fulgenti sydere clarus.  
Et finitur in Andromeda: quā Perseus armis  
Eripit & sociat sibi. cui succedit iniquo  
Diuisum spacio q̄ tercia lampada dilpar  
Conspicitur paribus Deltoton nomine sydus  
Ex simili dictum: Cepheus q̄ & cassiepia.  
Nec uacuum solis fulgentem deserit orbem,

Sic in utrūq; mouet mundum & cōtraria reddit.  
Hanc qui surgentem primo cum redditur ortu  
Mentis ab excelsō speculātur uertice Tauri:  
Euentus frugum uarios & tempora dicunt,  
Que q̄ ualitudo ueniat: concordia quanta  
Bella facit: pacem q̄ refert. uarie q̄ reuertēs  
Sic mouet ut uidit mundum uultu q̄ gubernat.  
Magna fides hoc posse, color cursus q̄ micatis  
In radios: uix sole minor nisi q̄ procul herens  
Frigida ceruleo contorquet lumina uultu.  
Cetera uincuntur specie, nec clarus astrum  
Tingitur oceano celum ue reuisit ab undis.  
Tu3 Procyōs uelox q̄ Lep9. tū nobilis Argo  
In celum subducta mari q̄ prima cucurrit  
Emeritum magnis mundum tenet acta pcellist  
Seruando dea racta deos. Cui proxim9 anguis  
Quamea dispositis imitatur lumina flammis.  
Et Phebo sacer ales: & clim grat9 Iaccho  
Crater: & dupli Centaurus imagine fulget:  
Pars hominis: tergo pectus cōmixtus equino  
Ipsi9 hinc mundi templuz est: uictrix q̄ solutis  
Ara nitet sacris, uastos cum terra gigantes  
In celum furibunda tulit: timidi quoq; magnos  
Quesiuerre deos. dubitauit Jupiter ipse  
Quod poterat nō posse timēs: cū surgere éraz  
Cerneret & uerti naturam crederet omnem:  
Montibus atq; alios aggestos crescere mōtis  
Et tam uicinos fugientia sydera collis.

Arma importantes : & rupta matre creatos  
Discordes uultu permixta q̄p corpora partus .  
Hostiferum nec dum sibi quenq̄ numina norāt  
Si qua forent maiora suis . tūc Iupiter are  
Sydera cōstituit : que nūc quoq̄ maxia fulgēt .  
Quam ppter Cetus cōvoluēs squamea terga  
Orbibus insurgit tortis & fluctuat aluo :  
Intentans morbi similis iam iamq̄ tenenti .  
Qualis ad exposita fatum cepheidos undis  
Expulit adueniens ultra sua litora pontum .  
Tum notius piscis uenti de nomine dictus  
Exurgit de parte noti . cui cūcta feruntur  
Flexa p̄ ingentis stellarum flumina gyros .  
Vlterius capiti cōiungit aquarius undas  
Amnis & in medium coeunt & sydera miscent  
In penas signata suas . iuxta q̄p relictam  
Andromedam vastos metuentem piscis hiat⁹ .  
Expositam ponto deflet scopulis q̄p reuictam .  
Ne ueterem Perseus celo quoq̄ seruet amore  
Auxilio q̄p iuuet fugienda q̄p gorgonis ora  
Sustineat spolium q̄p sibi testem q̄p uidenti .  
Tum uicina ferens flexo uestigia thauro  
Eniochus studio mundum & nomen adeptus .  
Quē primuz currū uolitantem Iupiter alto  
Quadriugis conspexit equis : celo q̄p sacrauit .  
Tum subeunt heci claudentes sydere pont . m  
Nobilis & mundi nutritio rege capella .  
Cuius ab uberib⁹ magnū ille ascendit olympū

Lacte fero crescens ad fulmina vim q̄ tenādi.  
Hanc ergo eternis merito sacrauit in altrīs  
Iupiter; et celi celum mercede rependit.  
Pleiades H̄iades q̄ feri p̄s vtraq̄ tauri  
In boream scandunt, hec sunt aquilonia signa;  
A spice nunc infra solis surgencia cursus;  
Que sup̄ exustas labuntur sydera terras.  
Que q̄ intra gelidum capricorni sydus et axe;  
Imo subnixu.n vertuntur lumina mundo.  
Altera pars orbis sub aquis iacet ūia nobis.  
Ignore q̄ hominum gentes, nec transita regna  
Commune ex uno lumen ducentia sole.  
Diuersas q̄ umbras, leua q̄ cadētia signa  
Et dextros ortus celo spectantia verio.  
Nec minor est illis mundus, nec lumine peior  
Nec numero la minus nascuntur sydera in orbe  
Cetera non cedunt, uno vincuntur in astro  
Augusto, sydus nostro quod contigit orbi.  
Cesar nunc terris, post celo maximus auctor.  
Cernere vicinum geminis licet Oriona  
In magnam celi tendentem brachia partem.  
Nec minus extento surgentem ad sidera passu.  
Singula fulgentis humeros cui lumina signat.  
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis,  
At caput Orion excelsō immensis olympo  
Per tria subducto signatur lumina vultu.  
Non q̄ clara nimis sed q̄ magis alta recedant.  
Hec duo p̄ totum decurrent sydera mundum.

Subsequitur rapido contenta canicula cursu.  
Qua hullum terris violentius aduenit astrorum.  
Nec grauius cedit, nec horrens frigore surgit.  
Has inter solis quæ uias arctos quæ latentis  
A xem quæ mundi stridentem pondere torquent  
Orbe peregrino celum depingitur astris:  
Que notia antiqui dixerunt sydera uates:  
Ultima que mundo semper voluuntur in imo.  
Quis inuexa manent celi fulgentia templo:  
N usquæ conspectu redeuntia cardine verso.  
Sub limem speciem mundi similis quæ figuras  
Astrorum referunt. & versas frōtibus arctos  
Vno distingui medias claudi quæ draconem  
C redimus exemplo. quis fulgentia visus  
Hunc orbem celi vertentis sidera cursu  
Cardine tam simili fulsum quæ vertice pingit.  
Hec igitur magno diuisas ethere sedes  
Signa tenent mundi totum deducta per orbez.  
Tumodo corporeis similes ne quere figuras  
Omnia quæ equali fulgentia membra colore  
Deficiat nihil et uacuum qua lumine cessit.  
Non poterit mundus sufferre incendia canta  
Omnia si plenis ardebunt sidera membris.  
Quicquid subduxit flammis natura pepercit  
Succubitura oneri: formas disiungere tantu<sup>m</sup>  
Contenta: et stellis ostendere sidera certis.  
Linea designat species: atque ignibus ignes  
Respondeat media extremis atque ultima summis

Creduntur satis est si se non omnia celant  
P recipue medio cum luna implebitur orbe.  
Certa nitent mundo cum luna conditor omne  
Stellaꝝ vulgus fugiunt sine nomine signa.  
Plura licet vacuo tum cernere sydera celo.  
Nec fallunt numero nec paruis mixta ferunt.  
Et quod clara magis poscis cognoscere signa  
Non varios obitus norunt varios q̄ recursus.  
Certa sed in proprias oriuntur sydera luces.  
Natales q̄ suos occasum q̄ ordine seruant.  
Nec quicq̄ intanta magis est mirabile mole  
Quam ratio et certis q̄ legibus omnia patēt.  
N usqna turba nocet, nihil illis partibus errat  
Latius et leuius mutato ve ordine fertur.  
Quid tam cōfuse specie? quid tam vice certū ē?

D e eternitate mundi.

**T**ac mihi tam presens ratio non vlla vide ē  
**Q**uā pateat mundū diuīo numie verti.  
Atq̄ ipsum esse deū, nec forte coisse magistra.  
Vt voluit credi qui primus menia mundi  
S eminibus struxit minimis in q̄ illa resoluit.  
E quis et maria et terras et sydera celo.  
A ethera q̄ immensos fabricantē finib⁹ orbes  
S oluentem q̄ alios constare. et cuncta reuerti  
In sua principia et rerum mutare figurās.  
Quis credit tantas operum sine numie moles  
Ex minimis ceco q̄ creatum federe mundem?  
Si sors ista dedit nobis, sors ipsa gubernet.

At cur dispositis vicibus consurgere signa  
Et velut imperio prescriptos reddere cursus  
Cernimus: ac nullis properantibus vlla reliq:  
Cur eadem estiuas exornant sydera noctes  
Semper: et hibernas eadem: certam q̄ figura  
Quisq; dies reddit mundo: certam q̄ relinquit.  
Iam tum cum graie verterunt pergama gētes  
Arctos et Orion aduersis fontibus ibant.  
Hec contenta suos in uertice flectere gyros  
Ille ex diuerso vertentem surgere contra  
Obuius et toto semper decurrere mundo.  
Tempora q̄ obscure noctis deprendere signis  
Iam poterant celum q̄ suas distinxerat horas  
Quot post excidiuz troie sunt eruta regna?  
Quot capti populi: quotiens fortuna per orbē  
Seruitū imperium q̄ tulit varie q̄ reuertit?  
Troianos cineres in quantum oblita refouit  
Imperium, fatis Asie iam grecia pressa est.  
Secula dinumerare piget: quotiēs q̄ recurrēs  
Lustrauit mundum vario sol igneus orbe.  
Omnia mortali mutantur lege creata.  
Nec se cognoscunt terre vertentibus annis  
Exutas variam faciem per secula gentes.  
At manet in columis mundus. sua q̄ oīa seruat  
Que nec longa dies auget minuit q̄ senectus.  
Nec motus punto currit: cursus q̄ fatigat.  
Idem semper erit: quoniam semper fuit idem.  
Non alium videre paetres alium ve nepotes

A spicent deus est qui non mutatur in euo.  
Nunq̄ transuersas solem decurrere ad arctos.  
Nec mutare vias et in ortum vertere cursus  
Auroram q̄ nouis nascentem ostendere terris  
Nec lunam certos excedere luminis orbes  
Sed seruare modū quo crescat quo ve recedat  
Nec cadat in terram pendentia sydera celo.

**D**e paralellis circulis

**P**erculus ad boreaz fulgentē sustinaz arctō  
Sex q̄ fugis solidat celi vertice partes.  
Alter ad extremi decurrēs sydera cācri  
In quo consummat phebus lucem q̄ moramq;:  
Tarda q̄ per longos circūfert lumina flexus:  
Aestuum medio nomen sibi sumit ab estu.  
Temporis et titulo potitur meta q̄ volantis  
Solis, et extremos designat feruidus actus.  
Et quīque in partes aquilonis distat ab orbe.  
Tercius in media mundi regione locatus  
Ingenti spira totum percingit olimpum:  
Parte ab vtraq̄ vidēs axeaz, quo lumine phebus  
Componit paribus numeris noctem q̄ diez q̄.  
Veris et autumni currēns per tēpora mixta  
Cum medium equali distinguit limite celum.  
Quatuor et gradibus sua tīla reducit ab estu.  
Proximus hunc vltra brumalis noīe cingens  
Vītima designat fulgentis lumina solis.  
Inula q̄ obliqua radiorum munera flamina  
Dat pariter minimum nobis, sed finibus illis

Quos super incubuit longa stant tempora luce  
Vix q̄ dies transit carentem extenta p̄ estuz.  
Bis q̄ iacet binis summotus partibus orbis.  
Vnus ab his super est extremo proximus axi  
Circulus: austrinas qui strigit z obſidit arctos  
Hic quoq; brumale per partes quinque reliqt  
Et quātū a nostro sublime cardine gyrus:  
Distat ab aduerso tantundem proximus illi.  
Sic tibi per binas vertex a vertice partis  
Diuīsus duplii summa circumdat olimpum.  
Et p̄ quinque notat signantis tempora fines.  
Hus eadem est via que mūdo: pariter q̄ rotat̄  
Inclues, socios q̄ ortus occasibus equant.  
Quando quidem sexto quo totus volvit̄ orbis  
Fila trabunt alti circū comitantia celis  
Inter ualia pari seruantes limite semper  
Diuīsus q̄ semel finis sortem q̄ dicatam.  
Sūt duo quos recipit ductos a vertice vertex  
Inter se aduersi: qui cunctos ante relatos  
Se q̄ secant gemino coeuntes cardine mundi.  
Transuerso q̄ polo rectum ducuntur in axem.  
Tempora signantes anni; celum q̄ per astra  
Quatuor in partes diuisum mensibus equis.  
Alter ab excelsō decurrent limes olimpo  
Serpentis caudam siccas et diuidit arctos:  
Et iuga chelarum medio volitantia gyro.  
Sed dimensa suis consumere tempora signis  
Non casus opus est, magni sed numinis ordo.

Hec igitur texunt equali sydera tractu  
Ignibus in varias celum laqueantia formas.  
A Itius hic nichil est, hec sunt fastigia mundi.  
Publica nature domus, hiis contenta tenetur  
Finibus: amplectus pontū terras q̄b iacentis.  
Omnia concordi tractu veniunt q̄b cadunt q̄b  
Qua semel incubuit celum versum q̄b resurgit:

**D**e magnitudine z latitudie mudi z signoz  
**T**l Pse autem quātū conuexo mūd⁹ olympos  
Optineat spaciū: quātis bis sena ferat̄  
Finibus astra: docet ratio cui nulla resistunt  
Clastra: nec immense moles: cedunt q̄b recesso  
Omnia succumbunt. ipm est penetrabile celuz.  
Naz quantū a terris atq̄b equore signa recedūt  
Tantum bina patent. quātū q̄b iciditur orbis  
Per medium pars efficitur tum tercia gyri  
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
Summum igitur celū bis bina refugit ab ymo  
A ltera bis senis vt sit pars tercia signis.  
Sed quia p mediū est tellus suspensa profunduz  
Binis a summo signis discedit et ymo.  
Hinc igitur quodcūq̄b supra te suspicis ipse:  
Qua p mane meant oculi qua q̄b re recusant  
Bis binis eqnandum ē signis lectante rotunde.  
Efficiunt orbez zone qua signa feruntur  
Bis sex equali spacio texentia celum.  
Nec mirere vagos partus eadem esse p astra  
Et mixtu3 ingenti generis discriminene fatū:

Singula, cu<sup>z</sup> tantu<sup>z</sup> teneāt : tanto q<sup>z</sup> ferantur  
Tempora sex tota surgentia sydera luce.  
Restat ut ethereos finis tibi reddere coner  
Fila q<sup>z</sup> dispositis vici bus comitācia celum  
Per que dirigitur signo<sup>z</sup> flameus ordo.  
Circulus a summo nascentem vertice mundum  
Permeat arctophilaca petens p<sup>z</sup> terga dracoīs  
Extremā q<sup>z</sup> secās Hydrā : mediū q<sup>z</sup> sub astris  
Centaurum aduersus concurrit rursus in axe.  
Et tredit in cetum squammosa q<sup>z</sup> tergora Ceti.  
Lanigeri q<sup>z</sup> notat fīnes clarū q<sup>z</sup> Trigōnum  
Andromode q<sup>z</sup> sinū ymos : fastigia matris  
Principium q<sup>z</sup> suum repetito cardine claudit.  
Alter in hunc mediū summū q<sup>z</sup> incūbit in axem  
Per q<sup>z</sup> pedes primos ceruicem transit et vrse.  
Quam septem stelle primam iam sole remoto  
Producunt nigre prebentem lumina nocti :  
Et geminis cāncrū dirimit stringit q<sup>z</sup> flagrātē  
Ore canem; clauū q<sup>z</sup> ratis que vicerat equor.  
Inde axem occultum p<sup>z</sup> gyri signa prioris  
Transuersa, atq<sup>z</sup> alio rursus de limite tangit  
Te capricorne: tuis q<sup>z</sup> aqlā designat ab astris:  
Per q<sup>z</sup> lyrā iuersam currēs: spiras q<sup>z</sup> dracoīs :  
Posteriora pedum cynosure proterit astra:  
Transuersaz q<sup>z</sup> secat vicino cardine caudam.  
Hic iterum coit ipse sibi memor vnde pfectus:

De orizonte.

**H**Tq<sup>z</sup> hoc eternam fixerunt tpa, sedem

Immotis per signa modis statione perenni.  
Hos volutres tecere duos, namq; alter ab ipsa  
Consurgens helice medium precidit olimpum  
Discernit q; diem; sextam q; examinat horam:  
Et paribus spaciis occasus cernit et ortus.  
Hic mutans per signa vices: ceu si quis eo os  
Seu petit hespereos supra se circinat orbem  
Verticibus super adstantem medium q; secatē  
Celum et diuiso signantem lumine mundum.  
Quando aliis aliud medium ē. volat ora p; orbe  
Cūz q; loco terre celum q; et tempa mutat.  
Atq; vbi se primis extollit phebus ab vndis  
Illi sexta manet quos tū premit aureus orbis  
Rursus ad hesperios sexta ē vbi cedit i; ubras  
Nos primā et lummā sextā numeram⁹ vtrāq;  
Et gelidum extremo lumē sentimus ab igne.  
Alterius finis si vis cognoscere gyri  
Circumfer facilis oculos vultū q; per orbem.  
Quicqd erit celi primū terre q; supremum:  
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus  
Reddit q; aut recipit fulgencia sydera ponto  
P recingit tenui transuerlum limite mundum.  
Hec quo q; per totum volitabit linea celum  
Hunc tantū ad mediū vergens mediū q; repete  
Orbez: nūc septē ad stellas: nūc mota sub astra  
Sed quocū q; vase tulerunt vestigia plante  
Has modo terraꝝ nunc has gradientis i; oras:  
Semper erit nouus et terris mutabitur arcus.

Quippe aliud celuz ostendēs aliud q̄ reliquēs  
Dimidium tegit atq; refert. vario q̄ notauit  
Fine et cum visu pariter sua fila mouentes  
Hic terrestris erit quia terrā amplectit orbis  
Et mundum plano percingit limite gyrus  
Atq; trahens asie titulum memoratur orizon:

**D**e zodiaco et lacteo circulis.

**I**ls addunt aliquos diuersa fila trahētes  
Inter se gyros. quorum fulgentia signa  
Alter habet per que pheb⁹ moderat habeās:  
Subseq̄tur q̄ suo Solem vaga Delia curru.  
Et quinque aduerso luctantia sidera mundo  
Exercent varias nature lege choreas  
Hunc tenet a summo cancer: capricorn⁹ ab imo  
Bis recipit lucem qui circulus equat et ūbras:  
Langieri et libre signo sua fila secante.  
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis  
Recta q̄ deuexo fallit vestigia cliuo.  
Nec vilus aciem q̄ fugit: tantum q̄ notari  
Mente potest sicut cernuntur mente priores:  
Sed nitet ingenti stellatus bacheus orbe.  
Insignem q̄ facit celato lumine mundum  
Et ter vicinas partis patet atq; trecentas  
In longum: bis sex lateſcit fascia partis  
Que cohibet vario labentia sydera cursu.  
Alter in aduersum positas succedit ad arctos  
Et paulum a boree gyro sua fila reducit:  
Transit q̄ inuerse per sydera cassie pie:

Inde per obliquū descendens tangens olorem  
Aestiuos q̄ secat finis: Aquilam q̄ supinam  
Tempora que equantez girum, zonā q̄ ferētē  
Solis equos intra caudam qua scorpius ardet:  
Extremam q̄ sagittari leuaꝝ atq̄ sagittam.  
Inde suos sinuat flexus per crura pedes q̄  
Centauri alterius, rursus q̄ ascendere celū  
Incipit; arguam q̄ ratem per aplustria summa  
Et medium mundi girū geminos q̄ per imum  
Signa secat; subit enochū: te q̄ vñ profectus  
Caisiepia petens super ipsum Perlia transit.  
Orbem q̄ ex illa ceptum concludit in illa,  
Tris q̄ secat medios giros et signa ferentem  
Partibus e binis quotiens preciditur ipse.  
Ne c querendus erit, visus incurrit in ipsos  
Sponte sua, se q̄ ipse docet cogit q̄ notari.  
Nam q̄ in ceruleo candens nitet orbita mundo:  
Ceu missura diem subito celum q̄ recludens.  
Ac veluti viridis discernat semita campos  
Quam terit assiduo renouās iter orbita tractu  
Inter diuisas equabilis est via partis.  
Ut freta canescunt sulcum ducente carina  
Accipiunt q̄ viam fluctus spumantibus vndis:  
Quam tortus verso mouit de gurgite vertex:  
Candidus in nigro lucet sic limes olampo  
Ceruleum findens ingenti lumine mundum.  
Ut q̄ suos arcus per nubila circinat iris:  
Sic superincubit signato culmine limes.

Candidus: & resupina facit mortalibus ora  
Dum noua p̄ cecam vibrantur lumina noctem.  
Inquirant q̄ sacras humano pectore causas  
Num se deductis conetur soluere moles  
Semini bus: rara q̄ labet compage carine:  
Admittat q̄ nouum laxato pectore lumen.  
Quid: quasi non timeant magni cū vulnera celi  
Conspiciant: feriat oculos iniuria mundi  
An coeat mundus duplicitis q̄ extrema cauerne  
Conueniant celi q̄ oras et sydera tangant:  
Per q̄ iplos iungat nexus manifesta cicatrix  
Fissuram faciens mundi stipatus et orbis  
Aeriam in nebulam clara compagine versus  
In cuneos cogat alti fundamina celi.  
An melius manet illa fides p̄ secula prisca  
Illac solis equos diuersis curribus isse:  
Atq̄ aliam triuisse viam longum q̄ p̄ euum  
Exustas sedes incocta q̄ sydera flammis  
Ceruleam verso speciem mutasse colore:  
Infusum q̄ loco cinerem mundum q̄ sepultum.  
Fama et iaz antiquis ad nos descendit ab ānis  
Pheton tem patrio curru p̄ signa volantem  
Dum noua miratur p̄pius spectacula mundi  
Et puer in celo ludit: curru q̄ superbus  
Luxuriat mundo cupid et maiora parente:  
Monstratas liquisse vias. orbem q̄ regentem  
Imposuisse polo, nec signa insueta tulisse.  
Errantis nutu flamas currum q̄ solutum

Deflexum solito cursu curuis q̄ quadrigis.  
Quid querimur flammas totū sceuisse p̄ orbez  
Terrazz q̄ rogum cunctas arſisse per vrbes:  
Quom uaga dispersi fluitarunt lumina currus:  
Et celum exultu in est: luit ipſe iſcendia mūdus  
Et noua vicinis flagrarunt ſidera flammis  
Nunc quoq; p̄teriti faciem ſeruancia caſus.  
Nec mihi celanda eſt fame vulgata vetuſtas  
Mollior: e niueo lactis fluxiſſe liquorem  
Pectore regine diuum: celum q̄ colore  
Infeciſſe ſuo, quapropter lacteus orbis  
Dicitur et nomen cauā descendit ab ipſa.  
An maior densa ſtellaſſ turba corona  
Contexit flammas et crasso lumine candet.  
Et fulgore nitet collato clarior orbis.  
An fortes anime dignata q̄ numina celo  
Corporibus resoluta ſuis terre q̄ remiſſa  
Huc migrant ex orbe, ſuum q̄ habitatia celuz  
A ethereos viuunt annos mundo q̄ fruuntur.  
Atq; hic Aeacidas; hic et veneramur Atridas  
T ydideſ q̄ feru; terre q̄ maris q̄ triumphis  
Nature victorem ithacum: pilumq; ſenecta  
Inſigneſ tripliſ: danaum q̄ ad pgama reges  
Caſtra ducū et celi: victā q̄ ſub Hectore troiā:  
Auore q̄ nigrum partū: Steropē q̄ tonantis  
Rectorem hicie; nec te mauortia virgo  
Preteream: reges q̄ alios quos grecia misit  
Atq; alie gentes et magno maxima bella.

Qui q̄ animi vires et strictas pondere mentis  
Prudentes habuere viri: quibus omnis in ipsis  
Sensus erat. iustus Solon: fortis q̄ Licurg⁹:  
A thereus q̄ Platon: et qui fabricauerat illuz  
Damnatus q̄ suas melius damnauit athenas.  
Persidis et victor strarat qui classibus equor.  
Romani q̄ viri quoq; iam maxima turba est.  
Tarquinos q̄ nimis reges et horatia proles  
Tota acies pontis: nec non et Sceuola truncō  
Nobilior: maior q̄ viris et coelia virgo  
Et romana ferens que texit menia Cœcles  
Et cum milicia volucres Corvinus adeptus  
Et spolia et nomen qui gestat in alite phebum⁹  
Et Ioue qui meruit celum: Romani q̄ Camill⁹  
S eruando posuit: Brutus q̄ a rege recepte  
Conditor: et Pirrhi p̄ bella Papirius ulti⁹  
Fabricius Curius q̄ pares et tercia palma  
Marcellus: Cossus q̄ prior de rege necato.  
Certantes Decii votis similes q̄ triumphis:  
Inuitus q̄ mora Fabius. victor q̄ necati  
Luius Hasdrubalis socio per bella Nerone.  
Scipio ade q̄ duces fatum Cartaginis vnum.  
Pompeius q̄ orbis domitor. p̄ tris q̄ triūphos  
Ante deum princeps. et censu Tullius oris  
Emeritus celum. et claudia magna propago.  
Aemilie q̄ domus pceres. clari q̄ Metelli  
Et Cato fortune victor. matris q̄ sub armis  
Miles Agrippa sue. veneris q̄ ab origine ples

Iulia descendit celo celum q̄ repleuit  
Quod regit augustus socio p̄ signa tonante  
Cernit & in cetu diuum magnum q̄ quirinum  
Altius etherei qua candet circulus orbis.  
Illa deum sedes: hec illis pxima diuum  
Qui uirtute sua similes uestigia tangunt.  
Sunt alia aduerso pugnantia sydera mundo  
Que celum terram q̄ inter uolitantia pendēt:  
Saturni Iouis & Martis Solis q̄ sub ilis  
Mercurius Venerē inter agit Lunā q̄ locat⁹.  
Hic prius incipiam stellis q̄ reddere uires  
Signorum q̄ canam fatalia carmine iura.  
Implenda est mundi facies corpus q̄ p̄ omne  
Quicqd ubiq̄ nitet urgeat quādo q̄ notadū ē.  
Sunt & iam rare fortis natalis eentes  
Protinus . & raptim subitas cādescere flāmas  
Aera per liquidum tractos q̄ p̄ire cometas  
Rara per ingentis uiderūt secula motus.  
Sive q̄ ingenitum terra spirāte uaporem  
Humidior sicca superatur spiritus aura  
Nubila cum longo cessant depulsa sereno  
Et solis radius marescit torridus aer :  
Apta alimenta sibi demissus corripit ignis  
Materiam q̄ sui deprendit flamma capacem.  
Et quia nō solidū est corpus sed rara uagantur  
Principia aurarum uolucrī q̄ simillima fumo  
In breue uiuit opus: cepta q̄ incendia fine  
ubsistūt pariter q̄ cadunt fulgente cometa.

Quod nisi vicinos agerent occasibus ortus:  
Et tam parua forent accensis tpa flammis:  
Alter nocte dies esset: celum q̄ rediret  
Immensum et summo totū dephenderet orbē.  
Tum quia non vna specie dispergitur omnis  
Aridior terre q̄ vagor comprehenditur igni  
Diversas quoq; p facies accensa feruntur  
Lumina que subitis existunt nata tenebris.  
Nam modo ceu longi fluitent de v̄tice crines  
Flama comas imitata volat: tenuis q̄ capillos  
Diffusos radius ardenter explicat ignes.  
Nunc prior hec facies dispersis crinibus exit:  
Et globus ardenter sequit̄ sub ymagine barbe  
Interdum equali lateruz compagine ductus  
Quadratam ve trabē figit teretē ve columnā.  
Quin et iam tumidis exequat dolea flaminis  
Pro certo distenta vtero: paruos q̄ capillos  
Mentitur: paruis signis glomeratur in orbis  
Hirta figurantis tremulo sub lumine messes  
Lampadas et fissas ramosos fundit in ignis.  
Precipites stelle passim q̄ volare videntur  
Quom vaga per liquidū scintillat lumia mūdū  
Et tenues longis iactantur crinibus ignes:  
Exurunt q̄ procul volucres imitata sagittas  
Arida cum gracili tenuatur semita filo.  
Sunt autē cūctis pmixti partib⁹ ignes bes  
Qui grauidas habitant fabricates fulmina nu  
Et penetrat terras ethnā q̄ imitatur olymbo

Et calidas reddunt ipsis in fontibus vndas:  
Ac silice indura viridi q̄b in cortice sedem  
Inueniunt cum silua sibi collisa crematur  
Ignibus. Vsc̄b adeo natura est omnis habudās.  
Ne mirere faces subitas erumpere celo  
Aerea q̄b accessum flammis lucere coruscis  
Arida complexum spirantis semina terre:  
Que volucer pascens ignis sequitur q̄b fugitq̄b:  
Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumē  
Imbris in mediis z celum fulmine ruptum.  
Siue igitur ratio prebentis semina terre  
In volucres ignis possit generare cometas.  
Siue illas natura faces ob cuncta creavit  
Sydera per tenuis celo lucentia flamas.  
Sed trahit ad semet rapido titanius estu  
Inuoluit q̄b suo flāmantis igne cometas.  
Ac modo dimittit sicut cyllenius orbis:  
Et venus accēlo cum ducit vesperē noctem  
Serpentem: fallūt q̄b oculos rursus q̄b reuisunt.  
Seu deus instantis fati miseratur in orbe  
Signa per affectus celi q̄b incendia mittit:  
Nunq̄ futilibus excanduit ignibus ether  
Squalida q̄b elusi deplorant arua coloni.  
Et steriles inter sulcos defessus arator  
Ad iuga merentis cogit frustrata iuuencos.  
Aut grauibus morbis z lenta corpora tabe  
Corripit exultis lethalis flamma medullis.  
Labentis q̄b rapit populos totas q̄b per vrbis.

Publica succensis paguntur fata sepulchris  
Qualis erit honos pestis populata colonos  
Extulit antiquas per funera pacis athenas:  
Alter in alterius labens cum fata ruebant.  
Nec locus artis erat medice:nec vota valebat.  
Cesserat officium morbis,z funera deerant  
Mortibus et lacrime,fessus defecerat ignis  
Et coaceruatis ardebat corpora membris.  
Ac tanto quondam populo via contigit heres.  
Talia significant lucentes sepe cometes.  
Funera cum facibus veniunt terris q̄ minatur  
Ardentis sine fine rogos:quom mundus z ipsa  
Aegrotet natura nouū sortita sepulchrum.  
Quin z bella canunt ignes subitos q̄ tumultus  
Et clamdestinis surgentia fraudibus arma.  
Extremas modo p gentis,vt federe rupto  
Cum fera ductorem rapuit germina Varum:  
Infecit q̄ tirum legionuz sanguine campos.  
Arserunt toto passim minitantia mundo  
Lumina: et ipsa tulit bellum natura p ignis:  
Opposuit q̄ suas vires finem q̄ minata est.  
Nec mirere grauis rerū q̄ hominū q̄ ruinas.  
Sepe domi culpa est.nescimus creder e celo.  
Ciulis etiam motus cognata q̄ bella  
Significant nec plura alias incendia mundus  
Sustinuit q̄ cum ducibus iurata cruentis  
Arma philippeos impierunt agmine campos.  
Vix q̄ etiam sicca miles romanus harena

Os sa vires laceros q̄ prius super aslitit artus.  
Imperium q̄ suis conflixit viribus ipsum.  
Per q̄ patris pater augustus vestigia vicit.  
Nec dum finis erat. restabant actia bella  
Dotali commissa acie repetita q̄ rei  
Prelia et in ponto quelitus rector olimpi  
Femineū sortia iugū cum pompa rependit  
Atq; ipsa iliaco certarunt fulmina fistro.  
Restabant profugo seruilia milite bella  
Quom patrios armis imitatus filius hostis  
A equora Pompeius cepit defensa parenti.  
Aed satis hoc fatis fuerit. iam bella quiescunt  
Atq; adamanteis discordia vincita catenis  
S eternos habeat frenos in carcere clausa.  
Sit pater inuictus patrie. sit roma sub illo.  
Cum q̄ deum celo dederit nō querat in vrbe:

M. MANILII ASTRONOMI  
CON SECUNDVS

A ximus iliace gentis certa  
mina vates  
Et quinquaginta regū regē  
q̄ patremq;  
Hectoream q̄ facit tutā sub  
q̄ Hectore troiam  
Errorem q̄ ducis totidem  
quot fecerat annis.

I nstantem bello geminata per agmina ponti  
V itima q̄b in patriā captis q̄b penatibus arma  
O re sacro cecinit patria atq̄ iura petentem  
D um dabant eripuit, cuius q̄b ex ore profuso  
Omnis posteritas latices in carmina duxit.  
A mniem q̄b in tenuis ausa est deducere riuos  
V nius fecunda bonis, sed proximus illi  
H esiodus memorat diuos: diuum q̄b parentis:  
E t chaos enixum terras, orbe q̄b sub illo  
I nfantum et primum titubantia sidera corp⁹  
T itanas iuuisse senes cunabula magni.  
E t sub fratre viri nomen sine fratre parentis.  
A tq̄ ite⁹ patris nascentem corpore Bacchū,  
O mnia q̄b immenso volitantia lumina mundo.  
Q uin etiam ruris cultus leges q̄b rogavit  
M ilitia⁹ q̄b soli, q̄b colles Bacchus amaret.  
Q uod fecida Ceres cāpos: q̄b Bacchus vtrūq;.  
A tq̄ arbusta vagis essent q̄b adultera pomis.  
S ilua⁹ q̄b deos sacrata q̄b numina nimphas  
P acis opus magnos nature condit in vſus.  
A stro⁹ quidā varias dixerūt figurās:  
S igna q̄b diffuso passim labentia celo.  
I n proprium cuiusq; genus causas q̄b tulere  
P erlei et Andromede penas: matre⁹ q̄b dolētē  
S oluentem q̄b patrem, raptaz q̄b lycaone natam  
O fficio q̄b Iouis Cynosuram lacte capellam.  
E t furto cycnū, pietate ad sydera ductaz  
E rigonen, ictu q̄b nepam, spolio q̄b leonem

Et morsu canciꝝ . pisces cythereide versa :  
Lanigerum victo ducentem sydera ponto .  
Certa qꝫ ex variis pendentia casibus astra  
A ethera per summum voluerunt fixa reuoluti .  
Quoꝝ carmībus nihil est nisi fabula celum .  
Terra qꝫ composuit celum que pendet ab illo .  
Quin etiam pecorum ritus et Pana sonantem  
In calamos sicula memorat tellure creatus .  
Nec siluis siluestre canit pꝫ horrida motus  
Rura serit : dulcis musam qꝫ inducit in auras .  
Ecce aliis pictas volucris et bella feraꝝ .  
Ille venenatos anguis : hic nata per herbas  
Fata refert vitam qꝫ sua radice ferentis .  
Qui etiam tenebris immensum tartara natū  
In lucem de nocte votant orbem qꝫ reuoluūt  
Interius versum nature federe rupto .  
O mne genus rerum docte cecinere sorores .  
Omnis ad accensus heliconis semita trita est .  
Et iam confusi manant de fontibus amnes .  
Nec capiunt haustum turbam qꝫ ad sacra ruētē  
Integra queramus rorantis prara per herbas  
Vndam qꝫ occultis meditantē murmur ī antris  
Quam nec durato gustarunt ore volucres :  
Ipsa nec ethereo Phebus libauerit igni .  
Nostra loquar : nulli vatum debebimus ora .  
Nec furtum sed opus veniet . solo qꝫ volamus  
In celum currū . ppria rate pellimus vndas .  
Nam qꝫ cenam tacita nature mente potentem .

Infusum q̄ deum celo terris q̄ freto q̄  
Ingentem equali moderantem federe molem:  
Totum q̄ alterno consensu viuere mundum  
Et rationis agi motu: cum spiritus unus  
Per cunctos habitet partis atq̄ irriget orbem  
Omnia per uolitans corpus q̄ animale figuret  
Quod nisi cognatis membris contexa maneret  
Machina et imposito pareret toto magistro  
Ac tantum mundi regeret prudentia sensum:  
Non esset statio terris: non ambitus astris:  
Hereret q̄ vagus mundus stando q̄ rigeret.  
Nec sua dispositos seruarent sydera cursus:  
Nox q̄ alterna diem fugeret rursus q̄ fugaret  
Non imbres alerent terras: non ethera venti:  
Non pontus grauidas nubes: nec flumia potū:  
Nec pelagus fontis: nec staret summa p̄ omnis  
Pars semper partis equo digesta parente:  
Vt neq; deficerent vnde nec sydera nobis:  
Nec celum iusto maius ve minus ve volaret.  
Motus alit non mutat opus sic omnia toto  
Dispensata manet mūdo dominuz q̄ sequuntur.  
Hic igitur deus et ratio que cuncta gubernat  
Dicit ab eternis terrena animalia signis.  
Que quamq; longo cogit summota recessu  
Sentiri tamen ut vitam q̄ ac fata ministrent  
Gentibus ac pprios p̄ singula corpora mores.  
Nec minus est q̄renda fides. sic tēperat arua  
Celum sic varias fruges reddit q̄ rapit q̄.

Sic pontum mouet et terris immittit et aufert  
Atque hec sedatio pelagi nunc sidera lune  
Mota tenet nunc diuerso stimulata recessu  
Nunc anni spacio phebum comitata uolantem.  
Sic submersa fretis concharum et carcere clausa  
Ad lune motum uariant animalia corpus.  
Et cum damna tuas imitantur Delia uires  
Tu quoque fraternis sic reddis cornibus orta:  
Atque ite ex iisdem repetis quantusque relinqit  
Aut dedit ille refert: et sidus sidere constas.  
Denique sic petudes et muta animalia terris  
Quom maneant ignara sui legisque per euum:  
Natura tamen ad mundum reuocante parente  
Attollunt animos celumque ac sidera seruant:  
Corpora que ad lune nascentis cornua lustrat  
Venturasque uident hyemes redditura serena.  
Quis dubitet post hec hominem coniunge te celos?  
Eximiam natura dedit ligiamque capaxque  
Ingenium: uolucremque animum, quem denique in unitu  
Descendit deus atque habitat secundum ipse regnit  
Mitto alias artis quae est promissa uoluntas  
Infidas adeo nec nostri munera census.  
Mittoque equali nihil est sub lege tributum  
Quod patet auctores humani corporis esse.  
Mittoque certum est et ineuitabile fatum:  
Materieque datum est cogi, sed cogere mundo.  
Quis celum possit nisi celi munera noscet  
Et reperire deum nisi quis pars ipsa deorum est?

A t<sup>q</sup> hanc connexi molem sine fine parentis  
Signorum q<sup>p</sup> choros ac mundi flammea tecta:  
A eternum et stellis aduersus sidera bellum:  
Ac terras celo q<sup>p</sup> fretū subiecta q<sup>p</sup> vtriusq<sup>p</sup>  
Cerneū et angusto sub pectore clauderī possit.  
Ni tantos animis oculos natura dedisset:  
Cognatam q<sup>p</sup> sibi mentem: vertisset ad ipsum:  
Et tantum ditasset opus celo q<sup>p</sup> ueniret.  
Quod uocat in celum sacra ad cōmertia re<sup>22</sup>  
Et primas quas dant leges nascētibus astra  
Qui neget esse nefas, inuitu<sup>3</sup> prendere mūdu<sup>3</sup>  
Et uelut in semet captam deducere in urbem.  
Sed nec circuitu longo manifesta probentur:  
Ipfa fides operi faciet pondus q<sup>p</sup> fidem q<sup>p</sup>.  
Nam neq<sup>p</sup> decipitur ratio nec decipit unquaz.  
Rite secunda uia est ac ueris credita causis  
Euentus q<sup>p</sup> datus qualis predicitur ante.  
Quod fortuna ratum faciat quis dicere falsum  
Audeat: et tanta suffragia uincere sortis.  
Hec ego diuino cupiam quom ad sidera flatu  
Ferre nec in turbam nec turbe carmina condā.  
Sed solus uacuo ueluti uectatus in orbe  
Verbero iaz currus non occurvantibus ullis  
Nec pariter socios commune gerentibus actus  
Sed celo noscenda canam mirantibus altris.  
Et gaudente sui mundo p carmina uatis.  
Vel quibus illa sacros non inuidere meatus  
Notitiam q<sup>p</sup> sui minima est que turba p orbem.

Illa fluit que diuitias que diligit aurum  
Imperia et fasces mollem quod potia luxum  
Et blandis aduersa sonis dulcez quod per aures  
Affectum ut modico noscendo ad fata labore  
Hoc quoque fatorum est legem quod discere fati;  
At primus astrologus varia est natura notanda  
Carmibus per utique genus, nam mascula sex sunt:  
Diversi totidem generis sub principe tauri.  
Cernis ut aduersus redeundo surgat in arcum.  
Alternant genus et vicibus variatur in orbem.  
Humanas etiam species in parte videbis  
Nec mores distant. pecudum pars atque ferarum  
Ingenius facient, que iam signanda sagaci  
Singula sunt animo propria que forte feruntur.

Que signa duplia sunt et que biformia.

**N**unc binis insiste, dabunt genata potentis  
Per socium effectus. multum coes addit et aufert  
Ambiguisque valent que sint collegia fati;  
Ad meritum noxamque duos per sydera pilos;  
Et totidem geminos nudatis aspice membris  
